





N. Breviales

- | | | |
|-----|-----------|------------------------------------------------------------------------|
| 1. | Müller | De iure Soliti |
| 2. | Beyer | - dissimulatione |
| 3. | Strauch | - fortuna. |
| 4. | Simon | - odio |
| 5. | Lyncker | - beneplacito. |
| 6. | Cellarius | - negligentia |
| 7. | Beyer | - peste. |
| 8. | Pauli | Observationes curiosa. |
| 9. | Kriemer | Epistiones miscellanea |
| 10. | Lyncker | - baptismo. |
| 11. | Leyser | - praemiss. |
| 12. | Junker | - simulatione. |
| 13. | Jessen | Decas quest. iuridicarum. |
| 14. | v Jena | De ebrietate. |
| 15. | Falkner | - re integra. |
| 16. | Falkner | - omissione. |
| 17. | Dracing | - poenitentia. |
| 18. | Behman | - poenitentia. |
| 19. | Beyer | - amicitia. |
| 20. | Beier | - credulitate |
| 21. | Beyer | - silentio. |
| 22. | Amfel | Illustrationes juris controversie. |
| 23. | Shetius | - Damnis voluntariis. |
| 24. | Keyher | - epactis solaribus. |
| 25. | Shetius | - occultis. |
| 26. | Schultz | - obligatione studiosi stipendiarii ad edendum
specimen eruditionis |

- | | | |
|-----|-----------|----------------------------------|
| 27. | Schoepfer | De letterarum acceptatione. |
| 28. | Schroeter | Tyrociniuum Philosophie juridica |
| 29. | Stein | De facto in continenti faciendo. |
| 30. | Mauritius | - estimatione |
| 31. | de Jena | - ignorantia. |
| 32. | Rhode | - hosta libera. |
| 33. | Linck | - indictione Romana. |
| 34. | Linck | - Quasi. |
| 35. | Linck | - Calendario. |

Quod Deus bene vertat!

SEMICENTURIA
POSITIONUM MISCELLA-
NEARUM, EX JURE CIVILI SCRIP-
PTO CANONICO AC FEUDALI DE-

PROMPTARUM,

Quam

Auctoritate & Decreto Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi
JCorum ordinis, in Illustri Academia Salana,

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi, Consultrissimi & Excellentissimi

VIRI

DN. VALENTINI RIEMERI, JCTi,

P. P. ET RECTORIS HUIUS ACADEMIÆ p. t. MA-
GNIFICI, CONSILIARII SAXONICI DIGNISSIMI, NEC

non Curiaë Provincialis & Scabinatus Adfesso-

ris gravissimi, Præceptoris, Fautoris ac Promo-

toris sui ætatem venerandi ob-

servandi,

Pro consequendis summis in Utroq; Jure Privile-
giis, Honoribus & Dignitatibus DOCTO-

RALIBUS,

die Martii

publica censura submittit

ERNESTUS CHRISTIANUS Hedeman/

Cella - Lunæburgicus.

JENÆ

Literis VVEIDNERIANIS, Anno 1694

V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo &
Consulissimo*

DN. ERICO Hedeman / Jcto,
Serenissimi ac Potentissimi
Principis & Domini, Dn. CHRISTIANI IV.

Daniae, Norvegiae, Gothorum & Vandalorum Regis, &c.
Illustrissimi & Celsissimi Principis ac Domini, Dn. FRIDE-
RICI, Schlesvici & Holstiae Ducis &c. nec non Illustrissi-
mi & Generosissimi Comitis ac Domini, Dn. ANTONII
GÄNTNERI, Comitis in Oldenburg & Delmenhorst, &c. re-
spectivè Cancellario & Consilario Intimo, hæreditario

in Dorste/parenti suo æternum vene-
rando,

*In signum debite observantiae, pietatis, &
gratitudinis. propter beneficia hæte-
nus collata summa & verè paterna:*

Positiones hæc Inaugurales

Dedicat & offert.

Ernestus Christianus
Hedeman.



EX JURE CIVILI.

SCRIPTO.

L

Merum Imperium Jure Civili mandari (excepto casu absentiae l. 1. princ. de offic. ejus cui mand. est jurisd. non infirmitatis, nisi morbus mentis exilium inducat arg. l. 2. §. 7. de vacat. & excusat. wuner. Idq; in omnibus publicis Judiciis arg. d. l. 1. princ. de offic. ejus l. 1. §. 8. ad Scutum Turpill.) alteri non potest d. l. 1. princ. & §. f. l. 6. princ. de offic. Procons. l. 20. de Reg. Jur. Quod nec jure Canonico omnino correctum arg. cap. 3. in fin. extra de offic. & potest. Jud. deleg. c. 1. Clem. de Heret. nec moribus nostris antiquatum est, vide P. S. D. art. 2. R. A. de Anno 1570. tit. Neuterbestallung Rubr. wie das Neuter Recht sol gehalten werden art. 5.

2. Jurisdicio simplex & Imperium mixtum, ratione actuum diversorum, reverà & essentialiter ab invicem distincta sunt arg. l. 1. §. final. de offic. ejus cui mand. est Jurisd. l. 3. & 4. de Jurisd. l. 26. ad municipal. l. 6. §. 2. de Tutelia.

3. Et si mos ille antiquus, obtorto ut vocant collo in Jus rapiendi exolverit; Edictum tamen Praetoris de non vocandis sine venià parentibus & similibus, adhuc vigere verius est arg. l. 10. §. pen. juncta l. seq. de in Jus vocand. l. 7. §. 2. de Injur.

4. Communi Dd. calculo usuque fori receptum est, emendari quidem & declarari libellum ad sententiam usque definitivam posse, mutari verò, & substantiam ejus corrigi ad litem duntaxat contestationem v. Gaul. 1. observ. 51. n. 9. & O. 74. n. 4. cum seqq. Nos cum Magnif. Dn. Arum. Exercit. 18. q. 5. libellum etiam post litem contestatam, in eodem judicio, modo actor reddat sumptus litis l. 79. de Judic. & de novo actionem edat, mutari semper posse, Juri nostro conveniens esse arbitramur per l. 18. §. final. de vi & vi Arm. l. 4. §. final. de Notal. Actio. l. 3. C. de Edend. §. si minus 35. Instit. de Actio.

A 2

5. Pa-

5. Pacta non omnia esse nuda, sed quædam etiam non-
nuda satis evidenter ostendit *l. 10. C. de pactis l. 15. de prescript.
verb.* Hæc aliàs vestita à Dd. appellantur, quoniam actione
aliquâ vestita sunt: Quod vestimentum pacta vel à se & naturâ
suâ habent, veluti contractus *l. 7. §. 1. & 2. de Pactis:* vel ex ac-
cidenti, idque vel assistentia legis, & sunt pacta legitima *l. 6. de
Pactis:* vel coherentiâ contractus, & dicuntur Pacta adje-
cta.

6. Pacta & conventiones Jure Civili illegitimæ, Jura-
menti interventu non confirmantur *l. 7. §. 16. de Pactis, l. 5. C.
de Ll. l. 112. §. final. de Legat. 1.* Quamvis interim de Jure Cano-
nico, ut conscientiis consulatur, aliud obtinere inficias non eam-
us, dummodo quod juratum est citra periculum salutis, &
offensionem proximi servari potest *cap. cum contingat 28. extra
de Jurejurand. cap. Quamvis 2. de Pactis in 6. Canon. in malis pro-
missis 5. & can. non est observandum 15 c. 22. q. 4.*

7. Verior videtur opinio Connani *§. Comment. 7. in
sine Legem 8. de Transact.* ad Transactiones tantum non etiam
pacta pertinere.

8. Non malè vulgò Dd. duplicem infamiam faciunt,
aliam Juris aliam facti: Licet enim nomina hæc verbis legum
non aperte prodita sint, ipsam tamen rem & divisionem hanc
textus Juris suppeditant *l. 2. de obseq. parent. & patron. prestand.
l. 20. de his qui notant. infam. l. 13. l. 17. & l. 19. C. eod. l. 2. C. de di-
gnitat. l. 27. C. de inoffic. testam. l. 25. ad L. Jul. de adult. l. 5. §. 2.
de extraord. crim. §. 1. instit. qui & ex quib. caus. manumitt. non
poss.*

9. Procurator ad totam litem datus, sententiâ adversum
se latâ non solum appellare *l. 17. C. de procurat. l. 31. §. 2. de ne-
got. gest. l. 8. §. 8. Mandat. cap. pen. ibi: debuit à sententiâ in eo,
quod lata extitit contra ipsum appellare extra de procurat.* sed
etiam appellationem interpositam prosequi de Jure Civili (Jus
enim Canonicum hîc sicut & alibi, ut plurimum communem
Dd. sententiâ in d. cap. pen. approbavit) tenetur *per l. 2. An-
per alium caus. appellat. d. l. 8. §. 8. Mandat. d. l. 17. C. de Procu-
rator.*

10. Errant procul dubio Accursi, in l. 19. §. 1. *Quemad.* *servit. amitt.* & l. 3. C. de *prescript. 30. vel 40. annor.* eumque secuti Dd. ferè cõmuniter, dum ex clausula generali in edicto Prætoris, ex quib. caus, major. *Si qua alia justa causa videbitur l. 1. in fine* adversus præscriptionem completam ob ignorantiam, restitutionem dari arbitrantur, præterquam enim quod hæc opinio fini præscriptionis, qui est bonum publicum, ut litium tandem sit finis, nec dominia perpetuò sint in incerto l. 1. de *usucap. princ. inst. eod. l. 5. pro suo* planè contrariatur, expressis etiam textibus refellitur l. final. ibi: *Nulla scientia vel ignorantia exspectanda C. de prescript. long. temp. l. 3. & 4. C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. unic. C. de usucap. transform. l. final. C. de fundis patrimon. lib. 11. junctal. 25. C. de admin. tut.*

11. Litis contestatio non nisi per mutuam partium contradictionem fieri potest per l. 14. §. 1. C. de *Judiciis.*

12. Testamentum in quo filiusfamilias à patre præteritus est, etiam hodiè post *Novell. 115. cap. 3.* ita nullum est, ut nec legata & fideicommissa inde debeantur: Quoniam Jus vetus l. 1. l. 17. de *injust. rupt. irrit. l. 30. de liber. & posthum. l. 4. versic. sancimus C. de liber. præterit. princ. instit. de exhæred. liberor.* Specificè non reperitur correctum per *d. Nov. 115.* ibi enim id unum saltem corrigere voluit Justinianus, ne amplius liceat filium immerentem exhæredare patri, vel præterire matri, & relicta pòrtione legitimâ titulo quocunquè particulari à querela in officiosi excludere, quod omne olim erat licitum. Sed præterire patri salvo testamento non licebat *dd. supra ll.*

13. Fructuarius sine consensu proprietarii usumfructum alienare, & in alium transferre potest, ita ut non tantum nuda commoditas percipiendi fructus, sed etiam ipsum jus utendi fruendi transeat l. 8. §. ult. de *peric. & commod. rei vend. l. 12. §. 2. l. 38. l. 67. de usufr. §. 1. Inst. de us. & hab. l. 11. §. 2. de pignor. & hypothec.*

14. Licet *Connan. lib. 1. comment. 6. n. 11.* & post eum *Bacchov. ad Treutl. vol. 1. disp. 20. tb. 2. lit. B.* satis argutè & speciosè disputent, obligationem ex literis propriè loquendo nullam, sed eam potius ex præsumpto mutuo esse: Nobis ta-

men ab autoritate Imperatoris nostri, literarum obligationem expressè ex scripturâ oriri dicentis, & tanquam speciem diversam. & ab aliis separatam proponentis in §. final. *Instit. de oblig. princip. Inst. de liter. obl.* recedere religio erit.

15. Verissima itaque est sententia Dd. exceptionem non numeratæ pecuniæ, post biennium, quia tunc vera & efficax ex literis nata est obligatio, opponi non posse, etiamsi actor onus probandi in se recipere velit *d. princip. Instit. de literar. oblig. l. 8. in fine l. 14. princ. & §. 2. in fine C. de non numerat. pecun.*

16. In pejerantem Jure Civili pœnam constitutâ esse, non solum si per Principem vel ejus genium *l. 13. §. ult. de Jurejur. sed etiam si per Deum juratum sit l. 2. C. de indict. viduit. l. 21. & 22. de dolo, l. final. Stellationat. l. 13. C. de testib. Nov. 53. cap. 4. princ. facit Novell. 77. cap. 1. §. 1. versic. Si enim: Contra Donellum 24. comment. 17. & alios relatos ab Hillig. in not. *ibid. lit. L. existimamus.**

17. Mulier extra Judicium beneficio S^Cti Vellejani efficaciter renunciare non potest. Nam & renunciatio est intercessio, quam uti & inde natam obligationem simpliciter improbat S^Ctum *l. 2. §. 4. l. 16. in fine ad S^Ctum Vellejan.* Idque non solo mulierum favore, sed simul intuitu publicæ honestatis, quod virile videatur officium pro aliis intercedere *d. l. 2. §. 1. l. 2. de R. 7. adde l. 22. C. ad S^Ctum Vellejan. l. 7. princ. junctâ l. 8. §. 1. qui satisd. cogunt.* Secus in renunciatione judiciali propter autoritatem & actorum & ipsius Magistratus, quæ eludi non debet.

18. Venditor si facultatem rei tradendæ habeat præcisè ad trahendum cogi potest, nec præstando id quod interest liberatur, *§. 1. versic. tunc omnimodò inst. de empt. & vendit. §. 2. inst. de donat. l. 35. §. 5. C. ad l. 11. §. 2. l. 30. §. ult. l. 46. l. 50. de act. empt. l. 1. de rer. permut. l. 68. §. final. de contrah. empt. l. 8. de evict. l. 6. C. de rescind. vend. cum simill.*

19. Juri luendi pignoris, etiamsi intra 30. annos à tempore contractus non redimatur, præscribi nequit, quia nondum solutâ pecuniâ debitâ, pignoratitia actio nata non est *l. 9.*

§. 3.

§. 3. l. 24. §. 1. l. 43. in fine princip. ff. §. l. 11. C. de pignor. action. Proinde etiam nulla hinc negligentia debitoris allegari, aut præscriptio locum habere potest arg. l. 1. §. ult. ibi: ex quo actiones movere poterunt C. de annal. except.

20. Ad purgationem moræ necessariam non esse præsentem rei mobilis exhibitionem, sed sufficere solam obligationem verbalem, putamus; ut sc. debitor bonâ fide paratum se esse dicat ad solvendum, & ut creditori petenti & exigenti se præbeat arg. l. 122. princ. de F. O. l. 3. §. final. de action. empt. Nov. 91. cap. 2. Idque in obligationibus dandi: Si verò factum in obligatione sit, purgabitur mora, si quod promissum est fiat l. 84. de F. O.

21. Compressam ab alio ignoranter ductam retinere quis non cogitur: Non enim hic error tantum nudæ ac simplicis qualitatis est, ut perperam putat Pontifex in cap. 1. in fine cap. 29. q. 1. qui & propterea dimissionem non concedit d. cap. 1. & cap. 25. extr. de Jurejur. Sed substantialis, cum castitas sit de substantia matrimonii. Adde Novell. Leon. 93. in fine. Idque conveniens Juri divino videtur Deuteron. 22. vers. 21. ubi delictum hoc æquiparatur adulterio, eademque utroque casu poena infligitur, & probatur exemplo Josephi Matth. 1. v. 19.

22. Pro conservandâ dote maritus invitus fidejussores dare uxori non cogitur l. final. C. ne fidejuss. dot. volens tamen & sponte constituere potest, quia tunc cessat ratio d. l. final. quæ est, ne causa perfidiæ inter conjuges generetur. Accedit textus in l. 8. §. 4. de fidejussor. juncto princip. Instit. de satisf. tut. l. 4. §. final. si quis caut. in judic. sstend.

23. Pater exheredato filio Tutorem dare potest etiam sine confirmatione arg. l. 4. l. 10. §. 2. l. 26. §. ult. l. 31. de Testam. tutel. l. 1. §. 1. l. 3. l. 6. de confirm. tutor. l. 2. C. eod. Permissum enim parentibus ex l. 12. Tabular. liberis suis impuberibus tutores dare si modo in potestate sint. l. 1. de testam. tutel. §. 3. Instit. de tutel.

24. Filius familias de bonis adventitiis quorum plenam habet proprietatem testari nequit textus expressus in l. pen. C. qui testam. fac. poss. Jus namq; testandi filiis familias planè prohibetur, nisi de Castrensi & quasi Castrensi peculio, princ. Inst. quib.

quib. non est permiff. fac. testam. l. fin. C. qui testam. fac. In his enim pecuniis habentur pro patribusfamil. l. 6. §. final. de injust. rupt. irrit. quibus tantum ex l. 12. Tabular. testandi jus concessum est l. 120. de V. S.

25. Accessiones & fructus legatorum non ex die mortis testatoris l. final. C. de usur. & fruct. legat. neque ex die aditæ hereditatis: sed demum à tempore moræ præstandi sunt, non solum quæ per litis contestationem l. 1. & ult. C. d. t. sed etiam quæ per interpellationem extrajudicalem contrahitur l. 18. princ. ad SCtum Trebell. l. 23. de legat. 1. l. 87. §. 1. de legat. 2. l. 26 de legat. 3. l. 3. princ. l. 14. de usur. quoniam actio ex testamento quoad usuras & fructus bonæ fidei iudiciis comparatur. l. 34 de usur. l. 3. C. in quibus caus. in integr. restit. necess. non est, in quibus à tempore moræ extrajudicialis usuras deberi constat. l. 32 § 2. de usur. cum simill.

26. Constitutionem Justiniani in Nov. 1. cap. 2. in fine, ubi concessum est testatori prohibere Falcidiam, etiam in Trebellianicâ locum habere nequaquam ambigimus arg. d. Nov. c. 1. princ. §. 1. versic. si etenim & d. c. 2. in fine, maxime cum & aliâ passim in Jure Jcti sub appellatione Falcidiæ Trebellianam comprehendere soleant l. 41. §. 3. de vulg. & pupill. substit. l. 27. §. 10. l. 29. l. 55. §. 2. ad SCtum Trebellian. l. 6. l. 11. C. ad L. Falcid. quem usum Justin. verisimiliter in d. Nov. secutus fuit.

27. Beneficio l. 3. C. de revocand. donat. Pater etiam in præjudicium liberorum renunciare potest.

28. Interdictum uti possidetis dejecto de possessione non competit. l. 1. §. 4. uti possid. Hoc enim interdictum est prohibitorium ad retinendam possessionem d. l. 1. §. 1. & possessorem tuetur d. l. 1. §. 6. & passim. Qui autem dejectus est non possidet, quia possessionem amisit l. 5. de usucap. l. 3. §. 9. l. 6. §. final. cum l. seq. de acquir. poss.

29. Fidejussor se ut principalè obligans, als ein Selbstschuldiger beneficiû excussionis seu ordinis nō amittit l. 3. C. de fidejuss.

30. In crimine perduellionis confiscatio bonorum non fit ipso jure arg. l. 22. de jure fisci §. 5. Inst. de hered. que ab intest. Nisi crimen sit notorium, tunc enim fit ipso jure, nec sententiâ declaratoriâ opus est, quantumvis plerumq; soleat intervenire.

EX

EX JURE CANONICO.

31.

Licet Jus Pontificium etiamnum hodie in plurimis causis & articulis, quorum præcipuos enumerat *Rittersbusius tractat. de differ. Jur. Civ. & Canon. proæm.* in terris Imperii foroque Civili, & multis reformatarum Ecclesiarum consistoriis observetur: Hoc tamen non fit quasi auctoritas sancientium id spondeat, nedum poseat, sed ob vim longæ vi usus, tacitamque nostrorum Principum approbationem: Quatenus scilicet legitimū æquum & Juri naturali ac Divino conveniens *cap. final. distinct. 9.* nec non & nostris Rebus publ. utile censetur.

32. Falsissimum est, & fidei historicæ maximè repugnans quod *cap. Constantinus 14. distinct. 46.* de Donatione Constantini Imperatoris Sylvestro Papæ factâ nugatur. Quin nec Imperatori fas esse hujusmodi immensam liberalitatem exercere & Imperii proprietatem, quæ non ad ipsum pertinet, alienare, arg. *cap. intellecto 33. extra de jurejur. cap. Non liceat Papa 20. c. 12. q. 2. l. 7 § 3. pro Emptor. l. 27. de administr. tut. l. 28 §. fin. de pact. l. 2. l. 7. C. de prec. imp. offerend. cum simil.* Imò, licet hæc donatio legitimè facta sit, eam tamen propter summam Pontificum Imperatores ingratitude, & injurias atrocissimas revocari adhuc posse firmiter nobis persuademus *per l. final. C. de revocand. donat.*

33. Judici delegato neutro Jure tam Civili quàm Canonico prorogari Jurisdictionem posse verius est *cap. 32. circa fin. cap. 40. de offic. & potest. judic. deleg.* nisi mandata sit jurisdictione generalis seu universalis, quæ totum officium mandantis transit *l. 1. de judic. l. 1. §. 1. l. pen. de offic. ejus cui & c.*

34. Pacta nuda nec jure Pontificio obligationem & actionem producere arg. est certissimo *cap. 1. extra de pactis, ubi poena non servantis pacti fidem constituitur Ecclesiastica disciplina h. e. excommunicatio: cui poenæ tum demum locus est, cū ordinariū remedium deficit cap. noluit 13. de judic.*

35. Minor adversus contractum de Jure Civili invalidum

B

ju

juramento confirmatum non restituitur arg. *cap. 2. de pactis in 6. cap. 28. extr. de jurejur.*

36. Differentia Actionum bonæ fidei & stricti juris hoc jure sublata non est, ut perperam nonnulli opinantur, cum ea expressè comprobetur in *cap. final. Extra deposit. cap. 6. versic. ad hac Episcopus de except.*

37. A mente & æquitate Juris civilis omninò alienum est quod statuunt Pontifices in *cap. Raynutius 16. & cap. Raynaldus 18. Extra de testam.* Filium fideicommissò universali gravatum duas quartas, unam Jure naturæ, alteram fideicommissi detrahere posse. *vide l. 6. princ. C. ad Sctum Trebell. Nov. 39. cap. 1. l. 1. §. pen. si cui plus quam per Leg. Falcid. l. 8. §. 9 §. 11. & 15. de inoff. test.*

38. Tempus semestre vel quadrimestre quod datum est Patronis ad præsentandum, non à tempore vacationis præbendarum vel parochiarum, sed à tempore notitiæ currere incipit per *cap. quia diversitatem 5. in fine extra de concess. præb. c. licet Magister 3. de suppl. neglig. prælat. Clem. unic. de concess. præb.*

39. Distinctio sponsaliorum de futuro, & de præsentia tradita in *cap. 15. cap. 22. cap. pen. de sponsal. cap. 3. de spons. duor. cap. final. de conjug. seprof.* etsi Jure Civili incognita arg. *l. 1. de sponsal.* non incommode tamen ferri potest: Nec enim sponsalia de præsentia eadem sunt cum ipso matrimonio, ut vulgò Dd. persuasum est, cum semper sint ex conventionione & contractus arg. *d. l. 1. l. 2. de sponsal. l. 7. de V. s. à quo differt matrimonium tanquam res contrahenda. Accedit quod conciliari de Jure Canonico matrimonium non possit, nisi accedat Ecclesiæ assensus & autoritas, benedictioque sacerdotalis cap. aliter 30. q. 5.*

40. Inepte abutuntur Pontifices in *cap. pen. & ult. de secund. nupt.* dicto Pauli Rom. 7. vers. 2. & 1. Cor. 7. v. 39. ad corrigendam Juris Civilis sanctionem honestissimam *l. 1. & 2. C. de secund. nupt. l. 11. de his qui not. infam. l. 15. C. eod.* cujus summa est ratio, turbatio sc. sanguinis. *d. l. 11. §. 1. de his qui not. infam.* generationis incertitudo *l. 83. §. final. C. de Episc. & Cler. suspicio maleficii, & etiam reverentia marito debita l. 4. princ. C. ad Sctum Tertull.*

EX

EX JURE FEUDALI.

41.

De origine Feudi variæ & diversæ sunt sententiæ: Nos rejectis aliorum cõjecturis, cum cõmuni Dd. opinione feuda quoad originem & formam à moribus Longobardorum accersimus arg. 1. *Feud. 10. in fine. 2. f. 1. §. 1. 8. §. 2. 2. f. 22. 39. §. Non est consuetudo 2. f. 58. §. 1. 2. 3. 4.* quibus locis allegantur Longobardi eorumque leges.

42. Ut feudum antiquum domini vasallique consensu in novum mutari nequeat 2. f. 45. novum tamen Jure antiqui concedi potest; ita ut ejus vim ac potestatem, quamvis reverrà novum sit, assumat arg. 1. f. 6. 14. §. 2. 2. f. 12. 18. & 48. Adde l. 1. §. 6. *Depos. l. 23. de R. J. l. 21. C. mandat. l. 29. C. de Patris.*

43. Prælatus prædia feudalia ad Ecclesiam reversa, & infeudari solita, absque consensu capituli solus, aliis, etiam consanguineis in feudum liberè dare potest *cap. 2. extr. de feudis. l. 1. f. 1. princ. & 6. 2. f. 35. in fine.* Quia per hanc infeudationem nullum damnum Ecclesiæ infertur, cum non sit alienatio, sed prioris alienationis factæ executio, & proinde consensu capituli opus non erit arg. *cap. 6. extr. de his que sunt à pralat. sine consens. capit.*

44. Clericus tam à Laico quam Ecclesiastico feudum acquirere potest per text. 2. f. 40. *§. final.* Nec obstat quod laboribus militaribus fungi non possit *cap. 1. extr. de Cler. pugnans.* Dominus enim gratiam ei fecisse videtur, ut vel omninò servitia non præstet, vel talia quæ personæ ipsius sunt convenientiæ, vel ut per alterius sollicitudinem servitia & militares labores subire possit arg. *cap. si quis decefferit 2. f. 26.*

45. Fructus pendentes annui in feudum sine fundo dari possunt, quippe qui solo cohærent *l. 44. de R. V. l. final. §. 4. & 6. que in fraud. cred. cujusmodi in rebus feudum rectè constitui dubium non est 2. f. 1. versis. sciendum est.*

46. Duobus separatim de eodem feudo abusivè investitis potior existimari debet, qui prior possessionem nactus est arg. *l. 15. C. de rei vindic.*

47.

47. Agnati indistinctè in quolibet feudo succedunt usque in infinitum 2. f. 11. *versic. His verò deficientibus* 31. *in fine* 50. *versic. ex latere* 52. §. *satis bene*. & 93. *in fine*.

48. Vasallus de feudo licitè transfigere potest, dummodo id fiat bonâ fide, & ex utilitate prædii feudalis 2. f. 26. §. *si vasallus* ibi: *Nam & rectè transfigere poterit* 2. f. 43. ibi: *vel cum adversario transegerit* fac. l. 22. l. 46. §. *final. de ministr. tut.*

49. Inter causas amissionis feudi rectè refertur, si vasallus Dominum de crimine etiam justè accusaverit per *text. 2. f. 24. versic. item si delator* 2. f. 33. §. 1. *versic. similiter vasallus*.

50. Æquior videtur sententia, & cum ratione Juris Civilis textuque feudali conventior, vasallum contra Dominum interdito unde vi experiri non posse; sed pro eo actionem in factum intentare debere 2. f. 22. *versic. si verò vasallus* l. 1. §. 43. *de vi & vi armat.* l. 11. §. 1. *de accusat.* l. 2. *de obseq. parent. & patron. prestand.* juncto 2. f. 23. *versic. quomodo enim* 2. f. 6. *versic. honestum*.

F I N I S.



T ✓

64329

AB: 64329

X2610867

VD 77



Quod Deus bene vertat!

SEMICENTURIA
POSITIONUM MISCELLA-
NEARUM, EX JURE CIVILI SRI-

PTIO CANONICO AC FEUDALI DE-

PROMPTARUM,

Quam

Auctoritate & Decreto Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi
Jctorum ordinis, in Illustri Academia Salana,

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi

VIRI

DN. VALENTINI RIEMERI, Jcti,

P. P. ET RECTORIS HUIUS ACADEMIÆ p. t. MA-

GNIFICI, CONSILIARII SAXONICI DIGNISSIMI, NEC

non Curia Provincialis & Scabinatus Adfesso-

ris gravissimi, Præceptoris, Fautoris ac Promo-

toris sui aetatem venerandi ob-

servandi,

Pro consequendis summis in Utroq; Jure Privile-
giis, Honoribus & Dignitatibus DOCTO-

RALIBUS,

die Martii

publica censura submitte

ERNESTUS CHRISTIANUS Hedeman/

Cella - Lunæburgicus.

JENÆ

Literis VVEIDNERIANIS, Anno 1634